Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



reconciliauit sibi p xpm. ⁊ dedit
nobis ministerium reconciliationis:
quoniam quidem deus erat in xpo mundum
reconcilians sibi: non reputans illis
delicta ipsorum: ⁊ posuit in nobis ver
bum reconciliationis. Pro xpo ergo le
gatione fungimur: tamquam deo exhor
tante per nos. Obsecramus uos p xpo
reconciliamini deo. Eum qui non
nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit deus.
ut nos efficiamur iustitia dei in xpo.

Adiuuantes autem exhor · vi.
tamur. ne in uacuum gratiam dei
recipiatis. Ait enim. Tpe
acceptabili exaudiui te: ⁊ in die salu
tis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis. Nemi
nem dantes ullam offensionem: ut non
uituperetur ministerium nostrum: Sed
in omnibus exhibeamus nosmetipsos
sicut dei ministros. in multa patientia. in
tribulationibus. in necessitatibus. ⁊ in angus
tiis. in plagis. in carceribus. in seditio
nibus. in laboribus. in uigiliis. in je
iuniis. in castitate. in scientia. in lon
ganimitate. in suauitate. in spu sco.
in caritate non ficta. in uerbo ueritatis.
in uirtute dei. Per arma iustitie a dex
tris ⁊ a sinistris. Per gloriam ⁊ ignobi
litatem: per infamiam ⁊ bonam famam.
Ut seductores ⁊ ueraces. Sicut qui
ignoti ⁊ cognoti. Quasi morientes
⁊ ecce uiuimus. Ut castigati ⁊ non
mortificati. Quasi tristes. semper autem
gaudentes. Sicut egentes. multos
autem locupletantes. Tamquam nichil
habentes. ⁊ omnia possidentes. Os nostrum
patet ad uos o corynthii: cor nostrum
dilatatum est. Non angustiamini in nobis:
angustiamini autem in uisceribus uestris. Eam
dem autem habentes mercedem (tamquam filiis dico) dilatamini ⁊ uos.
Nolite iugum ducere cum infidelibus.
Que enim participatio iustitie cum
iniquitate: Aut que societas luci
ad tenebras: Que autem conuentio
xpi ad belial: Aut que pars fideli
cum infideli: Quis autem consen
sus templo dei cum ydolis: Vos enim
estis templum dei uiui: sicut dicit dns.
Quoniam habitabo in illis. ⁊ ambula
bo inter eos: ⁊ ero illorum deus. ⁊ ipsi erunt
mihi populus. Propter quod exite de me
dio eorum ⁊ separamini dicit dns. ⁊
immundum ne tetigeritis: ⁊ ego recipiam
uos: ⁊ ero uobis in patrem. ⁊ uos eri
tis mihi in filios ⁊ filias. dicit dns
omnipotens:

Has igitur ha · vii.
bentes promissiones karissimi mun
demus nos ab omni inquina
mento carnis ⁊ spus. perficientes sanctifica
tionem in timore dei. Capite nos. ne
minem lesimus. nemini corrupimus.
nemini circumuenimus. Non ad con
dempnationem uestram dico. Predixi
enim quod in cordibus nostris estis ad con
moriendum ⁊ ad conuiuendum. Multa
mihi fiducia est apud uos: ⁊ multa
mihi gloriatio est pro uobis. Repletus
sum consolatione: superabundo gaudio
in omni tribulatione nostra. Nam ⁊ cum
uenissemus macedoniam: nullam requiem
habuit caro nostra: sed omnem tribulationem
passi sumus. foris pugne. intus ti
mores. Sed qui consolatur humiles. de
us consolatus est nos deus in aduentu tyti. Non
solum autem in aduentu eius. sed etiam
in consolatione qua consolatus est in ue
bis. referens nobis desiderium uestrum.
fletum uestrum emulationem uestram pro
me: ita ut magis gauderem: quod ⁊ si
contristaui uos in epla: non me modo